

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuicium s  
cum fonte primo

Prodigus in pena,  
parcus misericordia, furore repletus,  
pietate deficiens, uerbo falsus,  
opere imperfectus, uiciis deditus,  
Domino indeuotus,  
crudelitate Herodes secundus.

Ibidem (Sydonius libro III. epistola XIII.).

Quis igitur ejus insidiis se exponet?  
quis illius laqueis se involvet  
qui dominatur in terra,  
principatur in mari et imperat in utroque,  
qui prodigus est in pena,  
parcus misericordia, furore repletus,  
pietate deficiens, uerbo falsus,  
opere imperfectus, uiciis deditus,  
Domino indeuotus,  
crudelitate secundus Herodes,  
impietatibus alter Nero;  
qui cum a mari usque ad mare  
preter Januam possideat omnes portus  
potensque sit in navigio et in armis,  
de Pisis, Corneto, Neapoli et Gaieta  
ac aliis regionibus tantam  
ad insidiandum vobis congregabit copiam  
galearum cum tanta multitudine piratarum  
et habundantia armatorum  
quod transire nequibitis  
quin in preparatas insidias incidatis.

Anonymus, *Historia diplomatica Friderici  
secundi*, J.L.A. Huillard-Bréholles, ed.  
(Paris, 1852), p.1080.